



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 89. Sicilia a Turcis incassum invasa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1488.

omnibus thesauris, suisque subditis, qui eum comitari vellent, in Africam secedere; id quoque illi datum est, deprecante pro eo Isabella Regina, illud ipsum quoque suadente magno Consalvo; igitur Maurorum Rex aliquot post diebus excessit, in Hispaniam nunquam reversurus: abeuntem comitabantur tria aut quatuor ferme millia Maurorum, qui vel opulentia, vel inter Proceres nobilitate generis, ac dignitate ceteris prævalebant. Nihil igitur ultra Ferdinandi victoriis deerat, quam Granata, ac nonnullæ aliæ minoris nominis vicinæ urbes; quas tamen omnes succedentibus annis armis suis subjecit.

§. LXXXIX.

Sicilia a Turcis incassum invasa.

Surita l. cit.
c. 79.
Bosi. part. 2.
lib. 14.
Sabellic.
Enn. 10. l. 8.

Ingens summi Pontificis gaudium ob præclaros Ferdinandi triumphos turbare videbantur hostilia Bajazethis molimina adversus Siciliam: Novum tamen lætitiæ argumentum Innocentio suppeditabat felix, faustusque nuncius, quo Sultanum re infecta ex Insula recessisse compererat; inde enim summus Pontifex anxius exirebatur curis, quibus ob formidandam Turcarum bellicum apparatus cruciabatur. Porro idem Bajazethes in Ciliciam cum exercitu centum milli-

millibus, & amplius valido irrapit, nec ^{Sæcul. XV;}
 tamen prosperum magis successum ha- A. C. 1488.
 buit; quippe eodem, quo Alexander ma-
 gus cum Dario conflixerat, loco Si-
 num Ifficum inter & Amanum montem,
 qui Syriam a Cilicia separat, cruentam
 non minus ac pertinacem pugnam con-
 seruit. Nec minus infelix fortuna affli-
 xit Bajazethis classem, quæ ad de-
 vastandam Syriæ oram vela fecerat; hæc
 enim procellis, ventisque jactata, partim
 scopulis allisa, partim fluctibus submersa
 periit. De tantis adversæ fortunæ casi-
 bus Petrus Aluffonius Magnus Rhodio-
 rum Magister literis quarta Septembris
 die datis, summum Pontificem certio-
 rem fecit, simulque significavit, Bajaze-
 them Ægypti Sultano bellum nunciasse,
 eoquod hic Zizimum protegeret, postea
 subjunxit Aluffonius, Rhodum advenis-
 se non minus Bajazethis quam Sultani
 Oratores, eosque amplissima quæque pol-
 licitos esse, dummodo Equites aut hujus
 aut illius partes tuendas suscipere ve-
 lint, illis vero ab Equitibus in responsis da-
 tum, quod Ordinis Magister neutri parti
 favere decrevisset, & quidem eo fine, ut
 hoc pacto mutuæ inter hosce Barbaros
 discordiæ magis magisque auferentur.

§. XC.